

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Henrici Hottingeri Henr. ex Henr. Nep. S. Theologiæ &
Antiquitat. Jud. Acad. Marburg. Prof. Ord. Typus Doctrinæ
Christianæ In Usus Institutionis ...**

Hottinger, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, Anno MDCCXIV.

VD18 12542598

Caput VI. De Creatione.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216057

Dei admiratus fuerit, Rom. XI, 33. imò de eius veritate tantò magis convincimur quò clarius cernimus eadem injustè nobis obijci, quæ prænominato Apostolo c. IX, 14. 19. obijciebantur solvebanturque eo, quòd Deus absolutus Dominus sit.

XXXVII. Caterùm doctrina hæc prudenter in timore Dei tractata insignes usus habet. Virtutes Dei, summam misericordiam, infinitam sapientiam, purissimam sanctitatem, absolutam potestatem de prædicat. Fideles in cognitionem harum divinarum virtutum, earundem laudem, amorem, studium sanctitatis, humilitatis, firmum solatium deducit. Infidelibus & impœnitentibus iudicium, quod peccatis suis liberrimè patris meriti sunt, denuntiat, nam ut Veterum quidam dixit, *præscivit Deus malos futuros, sed ipsâ suâ præscientiâ non eos compellit fieri malos. Prædestinavit justo iudicio suo eos, qui in malis perseveraverunt, puniendos, nec tamen eâdem prædestinatione suâ ut mali essent, vel in malis perseverarent, coegit.*



CAPUT VI. DE CREATIONE.

Solvo 1^a.

Quæ Deus ab æterno decrevit, ea in tempore in effectum deducit. §. I.

De-

*Decrevit autem
dum creatur
etiam crea
II.*

*Referuntur
nis Nomin*

Natura §. IV.

Autor, qui De

Ique Pater,

Spiritus S

Non creatur

geli. §. V.

Eius causa i

§. VIII.

Quod creatur

nihilò, u

tionè §. I.

Et clarius

tionè con

Per consequ

res ante cr

existit. §.

II, quod de

xit, gener

ne mundu

§. XII.

Is unus. §. X.

Finitus. §.

Mutabilis. §.

*Decrevit autem mun-
dum creare, quem
etiam creavit. §.
II.*

*Referuntur Creatio-
nis Nomina. §. III.*

Natura §. IV.

Auctor, qui Deus. §. V.

*Isque Pater, Filius &
Spiritus §. §. VI.*

*Non creatura vel An-
geli. §. VII.*

*Ejus causa impulsiva.
§. VIII.*

*Quod creatum, id ex
nihilō, uti ex ra-
tione §. IX.*

*Et clarius ex revela-
tione constat. §. X.*

*Per consequens nulla
res ante creationem
existit. §. XI.*

*Id, quod Deus produ-
xit, generali nomi-
ne mundus dicitur.
§. XII.*

Is unus. §. XIII.

Finitus. §. XIV.

Mutabilis. §. XV.

*Quem Creator so-
lus regit. §. XVI.*

*Modus Creationis §.
XVII.*

*Variat, quo alia sim-
pliciter ex nihilō,
alia verō ex mate-
ria præexistente. §.
XVIII.*

*Quæ diversa natura
§. XIX.*

*Cuncta intra sexti-
dium producta. §.
XX.*

*Quando etiam tempo-
ris initium posi-
tum. §. XXI.*

*Quod probabiliter in
autumnū incidit.
XXII.*

*Opera Creationis au-
tem juxta singu-
las dies hæc sunt*

*Primâ die creabantur
cæli omnes XXIII.*

*Speciatim supremum.
§. XXIV.*

Quod locus. §. XXV.

2. Terra. §. XXVI.

3. Ultimo Lux §. XXVII.

Ergo

Ergo nox ante diem.
XXVIII.

IIa. a expansum. §.
XXIX.

*p Separatio aquarum
superiorum & infe-
riorum.* §. XXX.

*IIIa. A. Separatio a-
quarum inferio-
rum a terra.* §.
XXXI.

*B. Progeneratio ter-
ra.* §. XXXII.

*Huic diei bis benedi-
xit Deus.* §. XXXIII.

IVa. Sol, Luna, Stellæ,
§. XXXIV.

*Quorum usus genui-
nus.* §. XXXV.

*Falsus vero ad prædi-
cendum futura.* §.
XXXVI.

*Va. (1.) Anim. via a-
quatica. (2.) vola-
tilia.* §. XXXVII.

VIa. N. Terrestria. §.
XXXVIII.

*Excipiuntur a crea-
tione species anima-
lium adulterinae.*
§. XXXIX.

2. Homo, qui §. XL.

*Creatura præcellens,
quod ipsa ejus crea-
tio indicat.* §. XLI.

*Constat ex corpore &
anima.* §. XLII.

*Illud ex vili quidem
terra, attamen cla-
rus divine fixav-
erunt testis* XLIII.

*Hec pars hominis no-
biliores.* XLIV.

Spiritualis. §. XLV.

*Immortalis ex volun-
tate Dei.* §. XLVI.

*Corpus & anima ar-
ctissime junctæ sunt*
§. XLVII.

*Nec per mortem sepa-
ratæ, si nullum pec-
catum intercessisset.*
XLVIII.

*Primus homo creatus
est sapiens.* XLIX.

Sanctus. L.

Ex natura sua. LI.

Insuper liber. LII.

*Sed non immutabili-
ter talis.* LIII.

Dominus terra. LIV.

In

*in quibus In-
ad quam c-
consistit. §.
Condidit aut-
primitus m-
feminam.
atque inter
dissolubile
um institut-*

*Olet mens
pore ex-
no statuit, in
ab eterno mu-
servare & gu-
II. Ut igitur
vix immane
transcentes.*

*III. CRE-
tionem non
terz N. new
cabulum gen-
dicitur. 2. 7
candum ope-
re, quod fig-
EL XLV, 18.
facilitas & c
creare, quod*

*In quibus Imago Dei,
ad quam conditus,
consistit. §. LV.*

*Condedit autem Deus
primitus marem &
fœminam. §. LVI.*

*Atque inter illos in-
dissolubile conjugii
instituit, exem-*

*plumque dedit vel-
le se conjugium in-
ter duos tantum.*

§. LVII.

*Indidit dein vim ge-
nus humanum pro-
pagandi. §. LVIII.*

*Usus doctrinæ de Crea-
tione. §. LIX.*

§. I.

Solet mens finita ea, quæ decrevit, suo tem-
pore exequi. Etiam Divina, quæ ab æter-
no statuit, in effectum deducit. Statuit autem
ab æterno mundum creare, productum con-
servare & gubernare.

II. Uti igitur decreta sunt actus mentis di-
vinæ immanentes, ita *Creatio & Providentia*
transeunt.

III. CREATIONIS NOMINA: Crea-
tionem non uno nomine exprimunt Sacra Li-
tera **א. עשה** *facere*, Gen. I, 26. quod, quia vo-
cabulum generale, commodè etiam de specie
dicitur. **ב. בנה** *edificare*, Gen. II, 22. ad indi-
candum operis pulchritudinem. **ג. יצר** *frige-
re*, quod figuli vasa formantis est, Gen. II, 7.
Ez. XLV, 18. Exprimitur ita operis elegantia,
facilitas & creantis absoluta potestas. **ד. ברא**
creare, quod in genere notat *virtute omniopo-*

G

ten

tente agere sive in rebus corporalibus sive spiritualibus. Fit autem variè vel rem, quæ non erat, producendo, Gen. I, 1. aut opus ex materia ad hunc effectum naturâ suâ inidonea faciendo, Gen. I, 27. II, 7. aut efficiendo rem prorsus novam, Num. XVI, 30. Conjunctim habes Es. XLIII, 7. primum, tertium & quartum nomen, quorum posterius priori plus dicit.

IV. CREATIONIS NATURA: *Est autem creatio prima externa Dei actio, qua mundum & quæ in eo ex nihilo produxit, atque postea ex materia inhabili nonnulla perfectissima opera solo verbo suo efformavit.*

V. CREATOR *est Deus isque solus.* Omnis enim creatura ex nihilo nihil facit, at mundus ex nihilo creatus est, de quo inferius: Dein creatio cæli & terræ toties Deo tribuitur, Gen. I, 1. atq; is ab eâ describitur, Gen. XIV, 19. & hinc dignoscitur ab omnibus fictitiis diis, Jer. X, 10. 11. Ubi notandum, quod hic posterior versus Chaldaicè scriptus, ut eo inter Chaldaeos utantur, cf. Ps. XCVI, 5. Cæli solius Dei gloriam enarrant, Ps. XIX. 2. enarraturi etiam aliorum, si Deo assistissent in creando cælo. Platoni Numen ideò *ἀντιστοιχὸς* dictus.

VI. Quum verò Deus sit Pater, Filius & Spiritus S. clarum, creationem esse *opus omnium trium personarum.* Hinc in numero plurali *עושים* factores, Esa. LIV, 5. Job. XXXV, 10. Gen. I, 26. *בוראים* creatores Eccles. XII, 1.

me.

memorantur, & non solum *Patri*, Act. IV, 24. Matth. XI, 25. sed etiam *Filio*, Joh. I, 3. Col. I, 16. Hebr. I, 2. Ps. XXXIII, 6. (quod etiam plures referunt sæpius repetitum ויאמר & dixit, Gen. I.) & *Spiritui Sancto* adscribitur, Ps. XXXIII, 6. Gen. I, 2. מרחפת רוח אלהים *Spiritus Dei agitabat se super superficiem aquarum*. Hic *Spiritus* רוחא דרחמן *Spiritus commiserationum*, à Targ. Hierosolym. vertebatur, & Baal. Hatturim habet; est רוּחוֹ שֶׁל מֶלֶךְ מְשִׁיחַ *Spiritus Regis Messie*, de quo commodè רוחך prædicatur; vox ad aves pullis, ovis, incubantes indicandum spectans. Unde Veterum fabula orta videtur omnia ex ovo prodiisse. Attamen æconomicè primæ personæ creationis initium, secundæ continuatio, tertiæ consummatio competit.

VII. Ex his nunc sponte fluit, *nullam creaturam*, non Angelos, *ad opus creationis concurrissè*, imò nequidem concurrere potuisse. Finitum non est capax infiniti.

VIII. CAUSA IMPULSIVA. *Deum adcreandum non impulit* res aliqua extra illum aut indigentia, sed *liberimum beneplacitum*, Apoc. IV, 11. volens divitias gloriæ suæ creaturis manifestare, Ps. XIX, 2. Bonitatem, Gen. I, 31. Sapientiam, prudentiam, potentiam, Jer. X, 12. Rom. I, 20. quæ ex intuitu mundi, facta volentes, clarissimè conspiciuntur, Ps. XIX, 5. Esa. XL, 26. Deus itaque mundum creavit pri-

mario propter se, Prov. XVI, 4. Rom. XI, 36. sive ad gloriam suam, non propter hominem seu finem ultimum. Fruendum tamen ipsi dedit Creator, ut virtutes divinas laudaret, 1. Tim. IV, 5.

IX. *Creavit autem mundum, sive qui non erat, de novo produxit.* Neque enim mundus aut etiam materia, qualiscunq; concipiatur, ab æterno existit. Quod & ratio & plenius revelatio nos docet. *Ratio:* (1.) Æternitas proprietatis solius Dei est. (2.) Duo entia æterna statuere, est duos Deos statuere, quod impium. (3.) Materia est res bruta, iners, quæ sibi ipsi esse dare non potuit. (4.) Ergo à Deo est. Non tamen à Deo est per emanationem vel generationem sed creationem. Quæ à Deo creantur, liberè creantur, & esse incipiunt, adeoque æterna non sunt. (5.) Incrementa artium & Historiæ novitas mundum principium sumfisse probant, Lucretius :

Si nulla fuit genitalis origo
Terrarum & cœli semperque æterna fuere,
Cur supra bellum Trojanum & funera
Trojæ

Non alias alii quoque res cecinere Poëtæ.
Postea

recensque
Natura est mundi, neque pridem exordia
cœpit.

Quare etiam quædam nunc artes expoliuntur.
(6.) Un-

(6.) Unde c
ces, Egypt
esse statuere
X. Plenu
struit ceu q
quam terra
Ps. CII, 25.
los terramq
dum sumfif
sum facta
Joh. I, 3. &
quidem exci
animadvert
lo Dei, ita
videntur, f
VII, 28. (5.)
sus non aut
revelatio tr
dum, ordin
ductæ sunt
Gen.

XI. Nihil
Deus verò
1. Cor. IV,
erat, esse in
enim finita
infinità ex
dus creari
XII. C
Quod ita p

(6.) Unde quoque faniores Gentiles, Phœnices, Ægyptii, Plato mundum à Deo conditum esse statuerunt.

X. Plenius tamen id ipsum *Revelatio* adstruit ceu quæ docet (1.) Deum fuisse antequam terra fundata erat & cœli existerant, Ps. CII, 25. 26. & Prov. VIII, 24. 25. (2.) Cœlos terramque creatos fuisse, atque tum exordium sumsisse, Gen. I, 1. (3.) Omnia per Christum facta esse, & sine eo nihil factum esse, Joh. I, 3. & Coloss. I, 16. per consequens ne quidem excipienda est materia. (4.) *Nisi fide animadvertimus coagmentata esse secula verbo Dei, ita ut non ex apparentibus ea, quæ videntur, facta sint*, Hebr. XI, 3. & 2. Maccab. VII, 28. (5.) Nam quæ ratio de creatione prorsus non aut obscure novit, ea & quidem clarè revelatio tradit, scil. verum Auctorem, modum, ordinem, tempus, intra quod res productæ sunt, & cætera. Vid. præpr. cap. I. in Gen.

XI. *Nihil itaque ante creationem existit. Deus verò potentissimo verbo* Ps. XXXIII, 9. 2. Cor. IV, 6. Hebr. XI, 3. *jussit, ut quod non erat, esse inciperet*, Rom. IV, 17. Quamvis enim finita virtute ex nihilo nihil fiat, attamen infinità ex nihilo sive potius post nihilum mundus creari potuit atque creatus est.

XII. CREATIONIS EFFECTUS.
Quod ita produxit Potentissimus Creator gene

rali nomine *κόσμος* & *mundus*, ab insigni pulchritudine, Ps. VIII, 2.4. nonnunquam respectu ad primarias partes habito *cæli* & *terra*, Matth. XI, 25. vel *cæli*, *terra* & *exercitus eorum*, Gen. II, 1. aut similiter dicitur.. Voces *עולם* & *הארץ* quæ etiam per *mundum* transferunt, in sacris tam latè vix accipiuntur. *Illud* durationem rei, *hec* orbem habitabilem notat. At Rabbinis *עולם* & rei durationem & rem durantem sive mundum, unde forsitan Scriptores N. T. per *αἰῶνα* etiam utrumque indicant, Jud. v. 25. Hebr. XI, 3.

XIII. *Mundus unus* nonnisi productus est, constans ex pluribus partibus notis vel etiam ignotis, quæ per vinculum colligatæ sunt. Unius meminit Scriptura, speciatim Moses verus *κόσμος* graphus. Unus vel plures si discreti ab hoc, interjacebit aliquid vel non. Posterius impossibile, si interjacet aliquid, cum ipso conjunguntur.

XIV. Hicque *finitus*. Non quidem homines fines ejus norunt vel determinare possunt. *Cæli quoad altitudinem, & terræ quoad profunditatem, & cordis Regum* *אין חקר* non est investigatio. Prov. XXV, 3. cf. Jer. XXXI, 37. adeoque respectu horum indefinitus, non tamen in se infinitus est. (1.) Habet quippe partes finitas, ex quibus infinitum exsurgere nequit. (2.) Terra, cælum aëreum, æthereum cingitur empyræo. E. *Mundus*, qui ex his partibus

ctibus constat,
dicta solius D
Job. XI, 7. 8. 9.
XV. Præter
ad esse. In t
rationibus ob
1. Petr. III, 10
plur profertur
mundo vel h
verò cum Deo
confertur, in
tu. Ps. CII, 2
men mundi
et, ac si effice
tas nature leg
ram eandem
XL, 28. sed d
statim in cr
las, quæ eti
actione mira
25. Jos. X, 1
XVI. *Mun*
continet &
ra intima p
fit, qui totu
rum partes
colligat, im
dat non om
tutis vitam
in utero arti

tibus constat, finitus. (3.) Infinitas propriè sic dicta solius Dei cum exclusione ad mundum, Job. XI, 7. 8. 9. Esa. XL, 12.

XV. Præterea *mutabilis*. Transiit à non esse ad esse. In tempore quoad partes variis mutationibus obnoxius est. Tandem præteribit, 2. Petr. III, 10. Si tanquam constantiæ exemplar profertur, relatè ad alia magis fluxa in mundo vel humana id intelligendum est. Si verò cum Deo rebusque divinis, quæ perpetuæ, confertur, inconstantia clarè de eo prædicatur. Pf. CII, 26. 27. 28. Matth. V, 18. Quæ tamen mundi mutabilitas non ita intelligenda est, ac si effictæ anus instar senesceret aut certas naturæ leges non haberet. Deus ejus naturam eandem non solum conservare potest Es. XL, 28. sed & vult Gen. VIII, 22. atque ideò statim in creatione posuit eas generales regulas, quæ etiamnum obtinent, à quibus sola actione miraculosa natura recedit, Jer. XXXIII, 25. Jos. X, 12.

XVI. *Mundum hunc omnesque ejus partes, continet & regit nonnisi Creator*, cui creaturæ intimæ perspectæ sunt. (1.) Deus oportet sit, qui totum orbem permeat, & tot corporum partes ceu diversas naturas particulares colligat, imò etiam mentes conservat. (2.) *Ille dat πᾶσι omnibus hominibus & etiam aliis creaturis vitam & halitum & omnia*. (3.) Ille nos in utero artificiosè format, per omnem vitam

G 4

regit,

regit, atque ad mortem ducit, Ps. CXXXIX, Job. XIV, 5. (4.) Nec homines tantum sed & bestias Ps. XXIX, 9. Matth. X, 29. (5.) Ut & creaturas inanimatas gubernat, Hof. II, 21. Commentum ergo scripturæ, rationi, Deo adversum, dari spiritum creatum, qui has Dei partes sumat.

XVII. *Modum productionis* quod attinet, hunc *ex sacra historia tantum novimus*. Quia enim ratio garrit aut gentium monumenta referunt, falsa plurimum, alia inania sunt. Unicè igitur Scripturam ducem, Moſen ſpeciatiſſimè, in modo creationis tradendo ſequemur.

XVIII. *Creata alia ſunt ex nihilo: Alia verò ex materia præexiſtente*, in qua tamen ad effectum, quem conſecuta ſunt, nulla inveniebatur *inavertens*; adeò ut tam hæc quàm illa ortum ſupernaturali potentiæ debeant. Illa momento (nam à non eſſe ad eſſe nulla intercedere poteſt mora) ex his multa ſucceſſivè facta ſunt, veluti ſeparatio aquarum à globo terreſtri &c.

XIX. *Eorum, quæ facta ſunt, non eadem ratio eſt*. Nonnulla individua perpetuò manent. Alia intereunt, manente per propagationem ſpecie. Quædam in ſeipſis creata: Alia in ſuis cauſis, uti Meteora.

XX. *Omnia hæc creata ſunt ſpatio ſex dierum*. Non quod Deus creationem momento abſolvere non potuerit, ſed quod noluerit. (1.) Vult

(1.) Vult hoc simplex recensio Moſis, qui creationem per ſextiduum factam narrat, & unicuique diei opera ſigillatim adſcribit, Gen. I.

(2.) Exemplum eſto dies primus, quò primò cœli & terra producti dicuntur, illi ſine luce, hæc ſine ornatu & incolis. Poſtea per imperium divinum lux, quæ tenebras diſpulit, enata eſt. (3.) Sabbathum dicitur celebrandum, quia Deus ſex diebus creavit, ſed ſeptimo ceſſavit. At hoc dici nequit, ſi omnia in momento producta. Quare autem tantum tempus creator impendere voluerit, non ſatis conſtat. Videtur exemplar libertatis, omnipotentia, præſtantia mundi & ſecundæ creationis penſitandum nobis dediffe.

XXI. *Atque tum uti rerum ita temporis initium factum eſt.* Unde inchoat Moſes, *In principio creavit Deus cœlos & terram*, Gen. I, 1. nam tum primordia temporis poſita ſunt, prius non erant montes, abyſſi, ſed ſolus Deus in ſe ipſo beatiffimus. cf. Prov. VIII, 23. 24. Pl. XC, 2. Joh. I, 1. XVII, 5.

XXII. *Probabiliter autem, quando creatus eſt mundus, ſol, uti nunc loqui ſolemus, in libra ſive æquinoctio autumnali curſum ſuum exortus eſt.* (1.) Antequam enim annus Eccleſiaſticus in menſe Niſan noviter inſtituebatur, annus incipiebat in Tiſri, (Tiſri autem incidit in æquinoctium autumnale) cujus veſtigia cernuntur Exod. XXIII, 16. XXXIV, 22.

G 5

(2.)

(2.) Quod exordium etiamnum Judæi tenent ad
figendos annos & quietes septennales, &
Jubilea, ut & pro plantatione novarum ar-
borum atque olerum, Mischr. tr. ראש השנה
 c. I, 1. (3.) Transeo antiquam R. Elieseris *אפד-*
דסור: Mundus in Tisri creatus est.

XXIII. Sequuntur nunc opera unicuique
 diei propria. *Opera primæ diei* א. שמים
Cæli, ab altitudine, oppositè ad terram dicti,
 Job. XI, 8. Nomen, quod generale, in nexu
 consideratum hîc comprehendit omnes tres
 cælos. Aereum & Sydereum hac die creati
 subsequenter exornabantur.

XXIV. *Speciatim intelligitur* Supremum
 sive *tertium,* plurimis nominibus ad præstan-
 tiam & incolas indicandum in Sacris insigne.
 Natura tamen ejus non omnis revelata nobis est,
 ceu continens bona spiritibus consummatis
 propria, quæ hujus ævi homines dignè capere
 non possunt. Ideo ea solum manifestata sunt,
 quæ intensum ejus desiderium excitant atque
 jubent vitam cælo dignam agere.

XXV. Certum tamen creatum esse Gen. I.
 1. Hebr. XI, 10. & quum Deus ipse non sit, cre-
 atura sit oportet. Unde etiam sequitur in se
 finitum (quamvis quoad nos indefinitum sit)
 esse. Quod porro patet, quia à terra, duobus
 aliis cælis distinguitur, 2. Cor. XII, 2. 1. Reg.
 VIII, 27. Certum quoque veri nominis locum
 esse,

esse, in quo c
 Act. III, 21.
 XXVI. 2
 tat hic globus
 cumdanum.
 sue ordine &
 sione, vocum
 & reliquis in
 XXVII. 2
 tens radios,
 die creataru
 terram illum
 abiens nocte.
 XXVIII.
 noctem, ter
 Quando eni
 lux mundum
 abyssum. T
 tenebris pro
 bræ, quæ
 Gen. I, 5. u
 præmittitur
 steriati at
 inchoarunt.
 De Creat
 XXIX. 1
 sum quod
 creata quid
 sed secunda
 nunc cerni

esse, in quo corpora subsistant, veluti Christus, Act. III, 21. I. 11. fideles Joh. XIV, 2. 3.

XXVI. ב. *Terra* à depresso situ dicta. Notat hîc globum terrestrem aquâ mixtum & circumdatum. Creata erat primitus *תרו וכו'* sine ordine & incolis quod ex sequenti recensione, vobis usui, Esa. XXXIV, 2. Jer. IV, 23. & reliquiis in Lingua Arabica constat.

XXVII. א. *Lux*, sive corpus lucidum, emittens radios, mobile, solis & stellarum quarta die creatarum materia, suspensum in alto, ut terram illuminaret & calefaceret, præsens diem, absens noctem constituit.

XXVIII. *Unde clarissime constat primitus noctem, tenebras, postea lucem, diem fuisse.* Quando enim cæli & terra creati, non statim lux mundum collustravit, sed tenebræ texerunt abyssum. Tum demum imperio divino lux è tenebris producta est. Quid autem illæ tenebræ, quæ præcesserunt? Procul dubio nox Gen. I, 5. unde constanter *vespera* וְעָרָב *mane* וְקָדָם præmittitur c. I. tot. Etiam ad hunc modum posteriori ætate Judæi aliæque gentes diem à nocte inchoarunt.

De Creatione Angelorum dicemus Loc. VII.

XXIX. *Opera secundæ diei.* א. *רקיע* *expansum* quod ipsum cælum. Scil. materia cœlestis creata quidem prima die & ut videtur, crassior, sed secundâ à terra ad extima universæ eâ, quâ nunc cernimus ratione, rarefacta tendebatur quod

quod vult רקע Ps. CIV, 2. Esa. XL, 19. Nimis
constringunt vocem, qui de cœlo aëreo tan-
tùm dictam volunt, Gen. I, 8. 14. 15. 17. Hoc
Veteres *שְׁפִיפָא firmamentum* appellarunt ad
constantiam indicandum: Quô vocabulô non-
nulli turpiter abusi sunt cœlum solidum statu-
entes.

XXX. ב. *Separatio aquarum superiorum
& inferiorum.* Globus terrestris aquâ cir-
cumfusus creabatur. Tum vi lucis primigeniæ
particulæ aqueæ rarefactæ in altum elevaban-
tur, quæ hinc מעל לרקיע *desuper firmamento*
appellantur, oppositè ad aquas *infra expan-
sum*, quæ maria, fluvii &c. sunt. Illæ sunt nubes,
quod vult earum natura, phrasis Gen. I, 6. & tot
alia loca, 2. Sam. XXI, 10. Job. XXVI, 8. Jer. X, 13.
Ps. CIV, 3. XVIII, 12.

XXXI. *Opera tertiæ diei. ג. Separatio
aquarum inferiorum à terra.* Hactenus ter-
ra aquis permixta atque inidoneum habitacu-
lum, nunc itaque potentissimo imperio Dei
quasi finditur, montes assurgunt, valles descen-
dunt, & in depressioribus locis colliguntur
aquæ, quæ sibi per meatus subterraneos re-
spondent, unde *locus unus* & *maria* dicuntur.
Hinc simul constat terram super maria funda-
tam esse, Ps. XXIV, 1. 2. quæ unâ cum aquâ con-
siderata *super nihilo* suspensa est, Job. XXVI, 7.
estque ex iudicio Creatoris, naturam creaturæ
optimè intelligentis, immobilis Eccles. I, 4.
conf.

conf. Jos. X, 12-15. Psal. XIX, 6. 2. Reg. XX.
vers. 10. 11.

XXXII. ב. *Progerminatio terræ.* Quandoquidem terra habitaculum esse debebat creaturis cibo vitam alentibus, illa, ut usum hunc suppedicaret, ita creabatur. Jussu itaque Dei producebat רשע *germina* cujus species sunt (1.) עשב *herba* omnis, etiam ea, quam venenatam nunc dicimus, habens vim speciem suam propagandi. (2.) עץ *arbor* majuscula, minuscula, Jos. II, 6. fruges comestibiles, aliasque ferendi capax, quæque jam tum, quando creabatur, fruges tulit.

XXXIII. *Peculiare est, quod huic diei bis benedixerit Deus.* Hujus verò rei hæc ratio, quod & opus secundæ diei absolutum & novum factum fuerit. Minimè enim, renuente Mose, separatio aquarum à terra ad diem secundum referri potest.

XXXIV. *Opera quartæ diei.* Terrâ ornatâ cælum quoq; ornandum astris. א. Generatim dicuntur מארת *luminaria* luce vel propria vel lumine mutuato splendida. ב. Speciatim (1.) *luminare magnum* quod tale in se & in virtute sua, quod aliàs à calore חמה, à ministerio mundi piè שמש dicitur. (2.) *luminare minus* in oppositione ad solem, aliàs etiam *magnum* ratione apparentiæ & efficacæ, quæ Luna ab albedine לבנה, ab usu ירח appellatur. ג. *Stellæ* à fulgore dictæ: Quo nomine omnes præter Solem

Solem & Lunam primo tempore vocitata videntur.

XXXV. *Usus astrorum varius.* (a) *ad distinguendum diem inter & noctem*, quo in usu substituebantur luci primogeniæ, (ex quâ condebantur), cum aliquo tamen discrimine. (ß) *ut sint signa quæ aliud quid indicant.* Sunt autem signa *naturalia* frigoris, caloris &c. vel *supernaturalia*, Joël II, 30. 31. (γ) *ut ad ea instituantur tempora statâ in vita civili & religiosa*, conf. Pl. CIV, 19. (δ) *Dies* vel tempora pluribus diebus constantia. (ε) *Anni* solares, lunares.

XXXVI. *Minimè tamen prædicendi futura, merè contingentia*, quod Astrologi faciunt. Nam 1. hunc usum non memorat Moses, (qui tamen hoc ex professo agit) aut alius Scriptor sacer. 2. Solius Dei est futura præcognoscere & prædicere, Esa. XLI, 21. 22. 3. Imò ut ars temeraria Idololatrarum damnatur, proscribitur extra Rempublicam Israëlitarum, Deut. XVIII, 10. 11 Jer. X, 2. Jes. XLVII, 12, 13. &c. 4. Nonnulli quoque Imperatores Ethnici vel urbe vel Italia, vel orbe & vita Astrologos ejecisse leguntur. 5. Nam divinationum nulla certa principia habent. 6. Hinc divinationes illæ subdolæ & falsæ, vide Greg. Abulpharajum in Dynast. p. 168. 181.

XXXVII. *Opera quinti diei* & *Animalia aquatica* פְּשִׁי à copia dicta, quo nomine pisces vasti,

vasti, qui sp
aliaque, qua
verò in aq
credibilem f
nedictioni.
primum ex
aviam natur
ducta sunt,
riori voland
sunt fecund
piscis.

XXXVII
terrestria, v
v. Gen. VII,
vermes &c.

XXXIX.
sui vel studi
rum, ortun
vers. 19.

XL. 2
tur. Nam q
minus confi
taculum, ci
subditi, in q
Absolutis a
& regimine
teriam virtu
admirandi.

XLI. Pr
bus in eo c

vasti,

vasti, qui speciatim תניינן dicuntur, & parvi aliaque, quæ in aquis vivunt, intelliguntur. Uti verò in aquis sunt, ita ex iis creabantur, & incredibilem fecunditatem debent peculiari benedictioni. ב. *Animalia volatilia*. Hæc quamprimum ex terra Gen. II, 19. (cum qua etiam avium natura magis convenit quàm aqua,) producta sunt, supra terram in aëre altiori, inferiori volandi facultatem habebant. Et aves sunt fecundæ vi benedictionis, non tamen uti pisces.

XXXVIII. *Opera sexti diei.* א. *Animalia terrestria*, uti sunt *domestica*, veluti boves &c. v. Gen. VII, 14. 21. VIII, 17. *Reptilia* terræ uti vermes &c. & *feræ* vivaces, hinc חיה dictæ.

XXXIX. Species animalium adulterinæ casui vel studio hominum, ut videtur profanorum, ortum debent Gen. XXXVI, 24. Lev. XIX, vers. 19.

XL. ב. HOMO, qui omnium ultimò creatur. Nam quoniam incola mundi ejusque dominus constituendus, commodum prius habitaculum, cibus quoque ad sustentationem & subditi, in quos dominaturus, condendi erant. Absolutis aliis operibus atque eorum fruitione & regimine accepto amplissimam habebat materiam virtutes Dei bonitatem &c. agnoscendi, admirandi, laudandi, & Creatori confidendi.

XLI. Præcellentia hujus operis præ prioribus in eo clarissimè elucet, quòd personæ divinæ

vinæ

vinæ se mutuo invitaverint, *Faciamus hominem* &c. Homo adeoque creatura, in qua maxime perfectiones divinæ conspiciendæ sunt.

XLII. *Constat ex corpore & anima. Illud* fingeatur ex pulvere terræ, ut quibusdam videtur, rufæ humore aspersæ Gen. II, 7. unde primus homo ἐκ γῆς χοϊνός I. Cor. XV, 47. & אֲדָמָה quasi *terrestri* dictus, quo ortus sui in vera humilitate perpetuo memor sit, v. Gen. III, 19. Eccles. XVIII, 27. XII, 7.

XLIII. *Corporis ortus licet è vili terra fuerit, illud tamen admiratione dignissimum est, & locuples* φιλοθωπία, *divinæ testis.* Nam (1.) forma pulcherrima & erecta ipsi est. (2.) membra plurima aptè configurata & inter se commissa habet. Nullum demi aut addi potest, nisi & venustas & aptitudo animæ inserviendi tollatur. (3.) Totum corpus machinosum est & formas ac usum molarum, forcipum, aliorumque ingeniosorum instrumentorum refert, Eccl. XII. (4.) Imò, quod palmarium, non solum ad naturales sed & spirituales operationes aptum. Rom. VI, 13.

XLIV. *Alterà eaque nobilior pars est anima.* Ejus creatio ratione primi hominis traditur à Mose Gen. II, 7. Creator primò fingebat corpus, sed sine vita & motu. Tum in nares inspirabat נשמה in quo vita corporis maxime constitit. Quæ vox notat & halitum & animam rationalem, Prov. XX, 27. non quod ejusdem

natu.

natura sunt, se
veniunt. Dei
condebatur, an
no erat.

XLV. *Animæ*
est five facultas
bet. Unusquis
pent, illa tam
halitus sunt. C

principio, quo
mine corpus d
& ita quidem
fissima natur
pus extensum
sine extensione
XII, 7. Luc, 7
X, 28.

XLVI. *Potestate Dei.* N
ipsa sibi mor
aut creator.
Divina non po
illum odio p
quoque effiet
etiam homin
puta, quæ n
X, 28. quan
solutò redeat
unde hæc cor
Eccles. XII,

naturæ sint, sed quoniam in uno alterove conveniunt. Dein quia Adam ad imaginem Dei condebatur, anima intelligente præditus omnino erat.

XLV. *Anima rationalis spiritualis naturæ est* sive facultatem cogitandi, volendi &c. habet. Unusquisque penes se has facultates reperit, illæ tamen non carnis aut sanguinis vel halitûs sunt. Oportet ergo proveniant ex alio principio, quod anima. Hinc Scriptura de homine corpus & animam sive spiritum prædicat, & ita quidem ut necessario colligendum diversissimæ naturæ esse, & quemadmodum corpus extensum, terrestre, divisibile, ita anima sine extensione, spiritualis & indivisibilis, Eccles. XII, 7. Luc, XXIII, 46. Act. VII, 59. Matth. X, 28.

XLVI. *Præterea est immortalis ex voluntate Dei.* Nam si moreretur anima, tum vel ipsa sibi mortem inferret, aut alia creatura aut creator. Sed nullum dici potest. Justitia Divina non permittit, ut anima Dei amans, vel illum odio prosequens, annihiletur. Actum quoque esset de Religione, si quod bestiarum, etiam hominum, fatum. Rationem juvat Scriptura, quæ negat animam occidi posse, Matth. X, 28. quum corpore in pulvereas particulas soluto redeat ad Deum, & quidem ut judicem, unde hæc cogitatio reverentiam incutere debet, Eccles. XII, 7. 1. Impii subit infernales cruciatus,

ciatus Luc. XVI, 24. Pii verò in Paradiso, manu Patris, in communione cum Christo, sinu Abrahamæ l.c. XXIII, 43. 46. Act. VII, 59. 1. Petr. IV, 19. Philipp. I, 23. 2. Cor. V, 8. Luc. XVI, 23. existit. Præterea Matth. XXII, 32. Deus dicitur Deus Abrahami etiam post mortem, unde adeoque sequitur animam post excessum è corpore superesse. Ipsi quoque sapientiores Gentiles animæ immortalitatem docuerunt.

XLVII. *Corpus & anima*, de quibus hætenus seorsim, *immediatè sibi uniebantur*, unde homo factus est נפש חיה *animans vivum* Gen. II. 7. Eas edens operationes, quas ex intentione Creatoris edere debebat, tum quæ ipsi communes cum bestiis, tum quæ peculiare & rationales sunt. Unionis modus mirus est atque ei vix similis in rerum natura. Hoc certum clarumque est unionem arctissimam intercedere, quâ anima corpus non solum regit & movet sed etiam vicissim à corpore afficitur.

XLVIII. *Hæc unio perpetua exstitisset, si homo non peccasset.* Adamus quidem *zōnōs* creatus erat atque adeo potuisset mori, sed Creator potentissimus & benignissimus illum, si leges implevisset, etiam immortalem servasset. Omnia quippe *valdè bona* condita, Gen. I, 31. Per consequens etiam homo. At mors, quæ vitam destruit, ob quam natura horret & aliquando ceu imperfectum quid abolebitur, naturæ humanæ adversa est. Mortis in statu inte-

grita-

genatis nulla
morbis animi
nuptio elemen
hominum vel
ritas illum, qu
habiturum.

minuatur, Gen
tati effectus
aculeus, 1. Co

XLIX. *Ide*
ta intellexit,

erat. Bonu
tum esse consti

lucæ suæ prædi
torem agnosce

Creatus intup
turas. Hi ver

hand potuisset
emplum in d

scenda ipsoru
Gen. II, 19. 20

fuit perfectissi
nem, experie

visset, & sedu
Cor. XI, 3.

L. Præter
quod Creator

ta & bonitat
dicebatur.

Deus fecit h

gritatis nulla causa dari potest: Non interna, morbus animi vel corporis: Non externa, corruptio elementorum, carentia alimenti, vis vel hominum vel bestiarum. Aeterna quoque veritas illum, qui praecepta Dei impleverit, vitam habiturum. Unde nonnisi violanti mors denuntiatur, Gen. II, 17. III, 17. atque mors peccati effectus Rom. v. 12. stipendium VI, 23. aculeus, 1. Cor. XV, 56. &c. audit.

XLIX. *Idem sapiens creatus est.* Sive cuncta intellexit, quae ipsi in statu suo necessaria erant. *Bonum & quidem valde bonum* creatum esse constat. Sequitur hinc etiam animam luce sua praeditam fuisse. Creatus dein ut Creatorem agnosceret, coleret, leges observaret: Creatus insuper ut dominaretur in alias creaturas. Hi verò fines sine sapientia obtineri haud potuissent. Sapientiae primi hominis exemplum in *ὁνοματολογία* animalium & dignoscenda ipsorum ab hominum natura exstat, Gen. II, 19. 20. 23. Non tamen ejus sapientia fuit perfectissima utpote quae per ratiocinationem, experientiam, revelationem in dies crevisset, & seductioni alias nullus locus fuisset, 2. Cor. XI, 3.

L. *Præterea sanctus*, qui id ipsum volebat quod Creator ejusque lex. Fluit id ex sapientia & bonitate, in qua homo jam jam creatus dicebatur. Præterea ex Eccles. VII, 29. ubi Deus fecit hominem *ישר rectum* cujus cogi-

tata & cupiditates rectæ sine enormitate Job. XXXIII, 27. Pl. VII, 11.

LI. *Sapientia & sanctitas hæc primo homini concreata est, atque ad integram ejus naturam pertinet.* Nam absque his dotibus consideratus, *valde bonus, rectus* dici nequit. Adamus naturâ Deum Creatorem novit vel non novit. Si prius, novit illum diligendum, voluntatem ejus implendam esse. Supernaturale quidquam ipsi datum esse, nullibi reperimus, nec concupiscentiam, quæ compescenda penes recens creatum, integrum, locum habuisse.

LII. *Ex his fluit libertas Adami, seu ea facultas mentis quâ agebat id, quod agendum esse arbitratus est.* Et quoniam intellectus ejus sapiens, voluntas sancta, ex natura sua sponte ferebatur in vera, bona. Sufficit enim ad libertatem, ut quis agat, quod prævio iudicio agendum elegit, qua libertate pollet Deus, Angeli, spiritus consummati.

LIII. *Attamen libertas non erat immutabilis.* Statuit enim Deus hominem explorare, cum quo scopo immutabilis libertas stare non poterat. Talis *patrie non viæ.* Neque tamen vitio laborabat, quandoquidem quæ ad permanendum in integritate faciunt, Adamo concessa. Modò is viribus rectè usus atque Dei auxilium implorasset.

LIV. *Quem Creator tantis natura dotibus*

tibus inbrux
queque fruct
Gen. I, 26-31
erat alias res ei
ligentiam dedi
Dei reget. I
& dominium
ra, tam quæ se
concessum est
quando adduc
poluit, Gen. II
Pl. CXLVII, 4
& Eva, & sub
elucet intentio
que bona non
rent. Nec in sta
rius vi & rapa
LV. Plera
Chemus diximu
ad quam ille
Imago Dei &
est eximia co
Deo. Sectame
tura omnia per
in homine, in
Similitudo, qu
(1.) In Adam
(2.) Mens dei
ritatis, amore
de homo ad p

*tibus instruxit, illum etiam dominum terræ,
ejusque fructuum & animantium constituit,*

Gen. I, 26-31. Nam quoniam Creatori visum
erat alias res creatas homini subicere, ei intel-
ligentiam dedit, ut illas prudenter ad gloriam
Dei regeret. Ex subjectione hac legitimum jus
& dominium homini in terram, & quæ in ter-
ra, tam quæ sensu destituta, ac illo prædita sunt,
concessum est, quod Adam exercere incepit,
quando adductis à Deo animalibus nomina im-
posuit, Gen. II, 20. conf. Gen. XLI, 45. Dan. I, 7.
Ps. CXLVII, 4. Quia verò dominium Adamo
& Evæ, & sub his omnibus posteris datum est,
elucet intentionem creatoris esse, ut terra ejus-
que bona non ad paucos sed omnes pertine-
rent. Nec in statu integritatis quisquam de alte-
rius vi & rapacitate conquestus fuisset.

LV. Pleraque, quæ de primo homine ha-
ctenus diximus, confirmabuntur *imagine Dei,*
ad quam ille conditus erat. Gen. I, 26. 27.
Inago Dei & quidem in similitudine ejus
est eximia conformitas primi hominis cum
Deo. Sicutamen ut consentiente imaginum na-
tura omnia perfectius se habeant in Deo, quàm
in homine, imò nonnulla tantum sint in Deo.
Similitudo, quâ Adam Deum imitatus, est hæc:
(1.) In Adamo mens: Deus est mens purissima.
(2.) Mens dein primi hominis cognitione ve-
ritatis, amore sanctitatis & justitiæ imbuta, un-
de homo ad primam illam imaginem renovatus

habere dicitur *cognitionem veritatis*, Coloss. III, 10. *Iustitiam & veram sanctitatem*, Eph. IV, 24. conf. 2. Petr. I, 4. cum clara allusione ad Gen. I, 26. Deus sapientissimus & sanctissimus est. (3.) Homo primus insuper immortalis. Deus est, qui ἀθανάτων ἐστις. (4.) Homo primus præterea dominus terræ. Deus est absolutus Dominus totius mundi. In dominio autem imaginem Dei querendam esse clarissime constat tum ex Gen. I, 26. tum insuper ex 1. Cor. XI, 7. Ps. LXXXII, 6. (5.) Homo primus denique omni bono in Paradyso abundabat. Deus in cœlo beatissimus est.

LVI. Ut verò genus humanum propagari posset, creavit marem & foeminam, Adamum & Evam, quam iisdem præclaris dotibus ornavit, ac Adamum. De Adami creatione jam diximus. Quò hic haberet *auxilium* conveniens naturæ suæ, ex eo alto sopore oppresso eadem, quâ ipse creabatur, probabiliter die artificiosè condebatur Eva, caro de carne sua, ut tum inter hos, tum etiam omnes posteros, qui sic ex uno sanguine prognati sunt, arctissima amicitia vigeret. Act. XVII, 26. Nam præ Adamitas fingere temerarium commentum est.

LVII. Evam Adamo conjunxit Deus, voluitque ut inter illos indissolubile conjugium esset Gen. II, 24. Et quoniam unicam uxorem ipsi associavit, ordinavitque ut essent *una caro*,
clare

clare hinc con-
unconjugium i
quando obtine
nis in statu pec

LVIII. Ad
Fructificate &

Præcipiens co
bolem procre
gandi & multi
liberos ejusde
Ipsa tamen, sen
formatio, a
partus quoque
lars actio est,

Zach. XII, 1. I

LIX. Hæc
maximè, doctri
Dei. In ejus o
rationales vi t
funditus tollit.
dedit, præcipu
suo tempore
tum opponi p
desinitur.

clare hinc constat sapientissimum Deo visum,
ut conjugium inter duos tantum esset. Quod,
quando obtinebat in statu integritatis, non mi-
nus in statu peccati obtinere debet.

LVIII. Ad novos conjuges dein dixit:
Frustrificate & multiplicamini Gen. I, 28.
Præcipiens conjugium, & permittens vim so-
bolem procreandi, genus humanum propa-
gandi & multiplicandi, cujus virtute Parentes
liberos ejusdem planè naturæ edere valeant.
Ipsa tamen, semine in uterum immisso, fœtus
formatio, animæ spiritualis conjunctio,
partus quoque Dei in natura operantis singu-
laris actio est, Ps. CXXXIX, 13. Job. X, 10. 11,
Zach. XII, 1. Eccl. XII, 9.

LIX. Hac de creatione universi, hominis
maximè, doctrina insigniter pandit perfectiones
Dei. In ejus cognitionem & cultum creaturas
rationales vi trahit, idololatriam verò omnem
funditus tollit. Moses prudentissimè illi locum
dedit, præcipuè ex hac causa, quod Idololatriæ
suo tempore grassanti, non validius argumen-
tum opponi potuerit, quàm quod à creatione
desumitur.